

# CONCILIIUM LATINUM LODZIENSE XVII

## Dilecti Latinitatis cultores,

pestilentia parum cessante Concilium Latinum Lodziense XVII per interrete futurum esse statuimus (sperantes brevi fore ut securi Lodziam congregiamur), die nempe **4-o m. Iunii A.D. MMXXII**, qui est dies Saturni. Cui conventui titulus erit:

## *Post negotium otium*

Omnes mortales in ea praecipue niti solemus, quae ad vitam sustinendam sunt necessaria – quod non mirum est, attamen semper iuvat hac opera sollicitudineque carere nec corporalis tantum salutis, sed animi quoque causa agere posse. Requies atque otium, cunctis animantibus ad vires reficiendas necessaria, nobis hominibus maioris etiam sunt momenti: inter otia enim res novas temptare ac creare audemus, quo ipsa crescit humanitas. Quatenus ergo otium (σχολή) pro pigritia habendum sit, quantopere, quomodo et quando eo frui liceat ac libeat, in Concilio Lodziensi XVII disseremus. Eritne nobis munus grave an otium iucundum?

Concilium autem iam iterum habebitur in foro interretiali „MS Teams”. Quam ob rem necesse est nomina dent participes omnes, non solum verba facturi. Iis qui nomina dederint, invitationes electronicae mittentur.

Si quis quoddam ad rem pertinens proferre velit, brevis sermonis titulum mittat ad Annam Maciejewska aud Silviam Krukowska (vide infra) usque ad Kalendas Maias. Quem terminum quaesumus observetis, ut de rerum dispositione ad tempus decerni possit.

Si quid praeterea scire vultis, interrogandae sunt:

A. Maciejewska ([anna.maciejewska@uni.lodz.pl](mailto:anna.maciejewska@uni.lodz.pl)), S. Krukowska ([sylwia.krukowska@filologia.uni.lodz.pl](mailto:sylwia.krukowska@filologia.uni.lodz.pl))

Zapraszamy Państwa do udziału w siedemnastej konferencji z cyklu *Concilia Latina Lodziensia*. Odbędzie się ona w sobotę **4 czerwca 2022** roku, zdalnie, z uwagi na trwającą jeszcze pandemię. Temat tegorocznego Concilium to:

Siły swoje i działania poświęcamy przede wszystkim sprawom koniecznym do życia – zawsze jednak miło jest nie musieć o nie zabiegać, móc zająć się nie tylko podstawowym utrzymaniem, ale też tym, co przyjemne i ciekawe. Odpoczynek i zabawa, które wszystkim istotom żywym pozwalają zregenerować siły, dla ludzi mają dodatkową wartość: czas wolny jest czasem odkryć i twórczości, postępu i rozwoju duchowego. Na ile zatem należy korzystać zeń uważać za lenistwo, do jakiego stopnia, w jaki sposób i kiedy wypada mu się oddawać i wreszcie jak lubimy to robić – tego będzie dotyczyło nasze spotkanie. Czy udział w nim będzie spełnieniem obowiązku, czy rozrywką?

Konferencja odbędzie się na platformie internetowej MS Teams, dlatego niezbędne są zgłoszenia od wszystkich uczestników, nie tylko prelegentów. Osobom zgłoszonym roześlemy zaproszenia.

Tytuły wystąpień (krótkich: ok. 10 minut) prosimy zgłaszać do 1 maja do dr Anny Maciejewskiej lub dr Sylwii Krukowskiej. Prosimy o dotrzymanie terminu, aby można było w porę ułożyć plan obrad. Obowiązuje język łaciński.

Dodatkowe informacje: